



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Dominium, Dominus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Dominium, Dominus, vide Princeps, Servus.

1. Dominus tenetur de damnis, quæ cum possit, non impediuit in suo dominio.

De dominio Val. t. 3. d. 5. q. 10. p. 1. Sor. l. 4. de iust. Salon fusè q. 61. art. 2.

*Syl. *Dominium* 8.

2. Non tenetur dominus famulum ob peccatum domo eijcere, nisi fortè id necessariū sit ad peccatum illud vitandum.

*Vide *Nav. c. 14. nu. 21.*

3. Quod solent quidam Nobiles pueris famulis dare solum victum, & vestitum, licitum est: nisi aliud habeat lex, consuetudo, aut pactum. Vide *Navar. c. 17. nu. 109.*

4. Potest dominus in domibus subditorum dare hospitium externis per aliquot dies, modo id faciat suis expensis. Potest, & solus hospitium, & furnum publicum, si velit habere.

5. Etsi quisque Dominus est honoris sui, & famæ, nō licet tamen hæc sine causa negligere.

*Non licet? *Nav. c. 18. nu. 46.* (Sine causa) nā cum causa, id fit cum laude *P. N. l. 2. c. 4. num. 108. & 114. Carbo de rest.* vnde D. Aug. & Ansel. eterna cum laude sua quædam scelera scriptis mandarunt.

Caiet. vers. Detractio, & 2. 2. q. 73. art. 4. putat hominem, (contra communem) non esse suæ famæ dominum, vt nō est membrorum, & vitæ: certè *Val. cum Caiet. (contra Sor.*

G G

l. 5. q. .

l. 5. q. 10. art. 2. Nau. c. 18. nu. 27. It. 3. d. 5. q. 17. p. col. 2. putat, p. m. ex genere, se ipsum infamare sine rationabili causa. Vide. c. Non sunt audien- di 11. q. 3. Syl. vers. Fama.

Vitæ, & membrorum homo Dominus non est, sed vsus, Salon. q. 3. de dominio art. 2. c. Neces- sarium 23. q. 5. ex D. Hier. in 1. Io. Vide Viff. de ho- micid. nu. 23. Sot. l. 4. q. 2. art. 3. D. Tho. 2. 2. q. 59. art. 3. ad 2. Val. l. c. q. 10. p. 1. col. pen.

6 Dominium rei, quæ nullius fuit, non ac- quiritur sine apprehensione: sufficit autem in rebus spiritualibus habere titulum.

* Syl. l. c. nu. 4.

Domus, vide Conductio.

1. **C**oncessa alicui domus habitatione, in- telligitur etiam concessum, vt possit locare, nisi solus vsus concedatur. Vide Instit. de vsu & habit.

Donatio, vide Alienatio, Contractus, Dos, Iuramentum.

1. **D**onatio sine insinuatione facta ex- cedit summam lege præscriptam, non tenet quoad excessum, neque etiam in Fo- ro conscientiæ: ratio enim legis annullan- tis non tam fuit, quia adeò magna donatio præsumatur vi, metu, aut dolo facta, quam ne facilitate quadam & impetu donantes de- pauperarentur, ideoque eis donandi facul- tas